DE

PLACENTAE SOLUTIONE ARTIFICIALI

PER

HERM. ANTON. MERSCHOFF

DOCTOREM MEDICINAE ET CHIRURGIAE, ATQUE SOCIETATIS MINERALOGICAE, QUAE JENAE FLORET, SODALEM.

BEROLINI, MDCCCXVII.

TYPIS JOANNIS FRIDERICI STARCKII.

VIRO

ILLUSTRISSIMO, EXCELLENTISSIMO

ERUDITISSIMO, EXPERIENTISSIMO

FRIDERICO HUFELAND

DOCTORI MEDICINAE AC CHIRURGIAE, PROFESSORI PUBLICO ORDINARIO IN ACADEMIA MILITARI ATQUE EXTRAORDINARIO IN UNIVERSITATE BEROLINENSI, ETC.

HASCE PAGELLAS

PIA GRATAQUE MENTE

DEDICAT

AUCTOR.

PRAEFATIO.

…itterario mundo studiorum ac meditatio-
s primitias his pagellis trado, spectantes
…jectum, cujus contemplatio ac cognitio
…xui foeminino gravissimi est momenti.
…s obstetricia atque omnia huc pertinentia
…ihi fuit semper totius medicinae ramus
…axime jucundus ac gratus, quia semper cum
…ta duorum soepe plurium occupatur indi-
…iduorum, in plurimis casibus finem suam
…tingit, atque disquisitione diligenti casuum,
…tis opem impetrantium in indicationibus
…rissime aberrat. In decursu studiorum
…m rara fruitus sum occasione, sub prae-
…ptorum directione multos observandi par-
…s normales, ac perficiendi innormales. Plu-
…s tristes de inepta secundinarum tracta-

tione factae observationes, hanc dissertatione[m]
eruditorum subjicere judicio me moveru[nt]
qui certe quidem multos adhuc illius defect[us]
et imperfectiones invenient; sed non est op[us]
perfecti medici, sed tironis in arte; ut h[oc]
respiciatur, rogat.

Berolini mense Maji
MDCCCXVII.

AUCTOR.

Caput primum

Generalis de secundinis earumque solutione disputatio.

Nulla res in parturientium et puerperarum va-
tudinem magis salubrem exercet effectum, quam
cundinarum apta et legitima tractatio, atque
ulla majorem ac diligentiorem medici delibera-
onem et judicationem exigit, quam ipsa haec.
ajores nostri magnum hujus rei momentum
inime ignoravere; sed ratio, qua illam tracta-
ant, maxima parte coeterae illorum rudi adhuc
tis obstetriciae cognitioni congruebat. In ge-
ere semper secundinas partu effecto removere
udebant, ab illius remansione malas pertimes-
entes sequelas. Recentioris medicorum aetatis
item est, quod et hoc punctum, uti multa alia,
curatissime et quavis ratione contemplati sint;

sed, proh dolor! licet tam multae sint factae di quisitiones de hac re, medici nondum omnin consentiunt. Uti semper medicorum opinionc an placentae solutio sit suscipienda, neve? fu runt divisae, sic usque ad hodiernum diem. I duas hac ratione divisi sunt partes medici, qu bus principia et opiniones omnino contraria atque in cujusvis fronte viri illustrissimi ac su mopere colendi conspiciuntur, quorum una pa in quocunque casu placentam post partum qua citissime solvi et removeri posse, affirmat, *) a tera contra, tam solutionem quam remotione omnino naturae esse negotium, censet. **) Utr que pars nostra aetate opiniones et principia su summa pertinacia denfendit, sed modum tran gressi sunt disceptantes, et una non minus, quar altera opinio aliqua ratione coërceri aequum est.

Plurimi et eximii medici, qui arti obstetr ciae sese dedicaverint, naturae tramitem omnin sequentes, nec theoriis et opinionibus praeoccu pati, uti illst. E. de Siebold, Boer etc. etc. e consentiunt, naturam in partu normali, paulun

*) Stark im Journal der Theorien, Erfindungen und W dersprüche, 22, 23, 28 u. 30 Stück.

**) Weifsenborn ibidem.

ost foetus partum, vi renovata, alterna uteri
ontractione, ac expansione, dolorum forma, pla-
entae perficere solutionem; quod eo cognosca-
ır, si uterus jam contractus ut corpus durum
ıter umbilicum et ossa pubis tactu sentiri possit,
t in hoc casu ad puerperium citius finiendum
lacentae organismo nunc jam heterogenae remo-
onem conferre. Nec ulla adest causa, placentae
emotionem in hoc casu differendi, dum nexus
rganicus, qui inter uterum et placentam ante
ujus solutionem aderat, non amplius existit.
Ratione corporis anorganici nunc refertur pla-
enta ad uterum, totumque Organismum, ideoque
nimicum effectum excercet in uterum; nam nunc
hemicis subjectae legibus existentiam solutio et
utrefactio tollunt, haecque operatio chemica in
rganismi harmoniam perniciosissimos producere
lebet effectus. Permulti quidem in tali casu an-
isepticas in uterum injectiones commendant, sed
uis rationalis medicus organismum in laborato-
ium chemicum vertere impune audebit?

Si igitur organismus vi vitali partu maxima
arte exhausta, omnes impendit vires, uti soepe
ost partum evenit, ad prosequendas functiones
rganicas, quae illi ut organismo conveniunt eo

consilio, ut in externa reagat ad conservandam unitatem organicam; medici sanctissimum est officium, virium impensas, quae doloribus exhaurierentur inutilibus, moderandi, quem finem attingit, si placentam jamjam solutam mechanismo artificiali removeat, praecipue si vitalitas puerperae partu jam minuta, et dolores igitur non amplius illa cum energia agunt, quae ad secundinas removendas necessaria est. Hujus adminiculi administratione multas parturientium lacrymas comparceri, soepe reconvalescentiam citius perfici censeo. Imo ipsa sensatio psychica hic consideranda parturientis, quae post partum gaudiis maternis sine turbatione frui, iisque tota se dare potest, quum nullus dolor inutilis organisationem ejus tam tenerem amplius invadit, eique persuasum est, finem adesse puerperii tam difficilis.

Aeque ac bona et salutaris secundinarum remotio in hoc casu, aeque est vitiosa placentae nondum solutae solutio statim post foetus partum, si, v. g. contractionum indicia desint, aut aliae conditiones innormales appareant, quarum causa tantum in utero praesumatur. Puerperae contra magis consulitur saluti, si totius orga-

nismi conditio respiciatur, et obstacula, quae contractiones impediant, indagentur, et tollantur.

Multorum timor, ne, nisi secundinae post partum finitum statim removeantur, uteri orificium se contrahat ac claudatur, quo tunc non solum decessus ejus voluntarius, sed etiam postea medicus, manum ad removendam placentam immittere impediatur, omnino vanus est, ideoque nullo nititur firmo argumento et puerperae sanitati perniciosa est conclusio inde deducta, quovis in casu secundinas post partum quam citissime solvendas, ac etsi cum utero adhuc partim conjunctae sint, removendas esse. Contractiones enim et stricturae hujusmodi plerumque brevi tempore remittunt, quia maxima parte statui spasmodico, qui non raro rudi et incauto conamine ad removendas secundinas adhibito, excitatur, originem debent. Simul ac hic spasmus sponte aut remediis idoneis tollitur, orificium aperitur uteri, et secundinae dolorum vi ejiciuntur.

Illius timoris vani causa, medicus nunquam in hoc conamine praecipitare coactus est, sed semper operationes suas secundum conditionum varietatem moliri debet. Omnino autem caveat, ne ad solutionem placentae utero adhuc con-

junctae transgrediatur, et praecipue, si uterus atonia, sit juncta cum haemorrhagia, neve? laborat. Hic casus illorum defectu signorum, quae post foetus partum novas indicant uteri contractiones, cognoscitur, atque semper maxime periculosus et anceps est. Prolapsus, inversiones et vehementes uteri haemorrhagiae, quae non raro brevi in tempore lethalem adducunt exitum, plerumque solutionis ejusmodi casibus illicitae malae sunt sequelae. Hic econtra omnia accuratissime evitanda sunt, quae placentam solvere possint, priusquam uteri laxitas et atonia ablata, novaeque contractiones exortae sint.

Aliqui putant, ad removendum hunc uteri statum, qui semper eo citius gignitur, quo citius partus ultima percurrit stadia, vel quo citius et incautius foetus forcipis ope aut pedibus producitur, irritamentum placentae solutione ipsa effectum, optimum esse remedium. Sed multum abest, quin solutione uteri atonia semper depellatur, potius facilime dat occasionem ad gignendos illos casus, praecipue ad excitandam fortem et profusam metrorrhagiam, quae non minus periculum, quam atoniam ipsam auget. His tantum modo remediis ille status aufferri potest, quae v

xcitanti, qua vitae vim ac incitabilitatem minu-
am augent, uterum atonia liberare possunt; v. g.
rictionibus abdominis crebrius ac assiduo insti-
utis, irritationibus orificii uteri ope digitorum
Tinctura opii aut cinnamomi tinctorum; injectio-
ibus infusionum tepidarum, fomentationibus
inosis et aromaticis in abdomine atque usu
nterno vini, tincturae cinnamomi, laudani liquidi
ydenhami etc.

Si his remediis vires ac vitalitas minuta
ucta sunt, novi incipiunt dolores, atque natura
unc cum vi in placentam reaget, et sine artis
pe illam removebit.

Multo majori cum providentia medicus agere
lebet, et solutionem minime suscipere audeat, si
netrorrhagia jamjam appareat. Necessitatem so-
utionis secundinarum celeris et artificialis defen-
entes magno versantur in errore, accusantes hoc
n casu placentam in utero retentam ut atoniae
t metrorrhagiae inde ortae causam, atque hac
x causa in placentae solutione et extractione
alutem esse inveniendam putantes. Uti ante et
revi post foetus partum placenta uteri contra-
iones minime impedit, sic et ejus remanentia
ninime contractionum post partum deficientium

causa est. Atonia uteri contra unica est causa e

haemorrhagiae et placentae retentae; atque mul-
tum abest, quin illa solutione hujus artificiali, si
in toto circuitu cum uteri parietibus adhuc con-
juncta vel jam partim soluta, tollatur, ut potius
illa multo vehementior reddatur, quum vasorum
sanguinantium numerus illis, quae placentae solu-
tione aperiuntur, augeatur.

Quo magis sanguinis profusum est, quo ma-
gis exinanitionis et debilitatis signa se manifestan
eo magis efficacium et excitantium applicatio u-
get remediorum, inter quae, ne repetam jam dict
tinctura cinamomi cum elix. acid. Halleri
Laudanum liquid. Sydenham; uti et tinctio a-
dominis cum naphta vitrioli maximam comm-
rentur commendationem, solutionis placentae a
tem ut remedii non potest commemorari. A
plicatione napthae externa vehementem Hem-
ptysin cito sistentem vidi apud Dnum illst. K
zenberger, medicum magni consilii, qui illa
soepissime secundo cum successu applicab
Analogia hujus morbi cum metrorrhagia ma-
num hujus remedii auxilium jam et in h
casu promittit, quod et experientia probavit.

Eadem ratione puerperae saluti magis con

tur, si in quocunque casu, quo placenta singulari modo intime cum uteri parietibus juncta, vel ubi ejus solutionem major comitatur dolor, illa potius relinquatur, quam si solutione violenta removatur. Operationis tam rudis, ad quam plurimae obstetrices mox plerumque paratae sunt, sequelae semper multo incertiores et majori cum periculo junctae sunt, quam illae ex placentae remansione ortae, nam non raro illa dolores vehementissimi, laesiones, inflammatio, suppuratio et gangraena excitantur.

Si contra talibus in casibus secundinas relinquimus, breve post tempus natura illas sponte dejicit, quod majorum experientia nostrorum jamjam docuit, tela cellulosa enim, qua secundinae utero affixae sunt, putredine aliqua solvitur, aut contracta separatur. Multi incarcerationem pertimescunt, nisi placenta paulo post foetus partum solvatur et extrahatur; memini adhuc vidisse in studiorum prioribus annis, casum huc pertinentem, ubi pro prima vice in parturientis lectu aderam. Partus optime successit, sed placenta non statim prodibat, quia foetus partus lento gradu progressus, et puerpera hac ex causa partu exhausta erat. Aliquas praeterlapsas post horas se-

cundinae nondum comparuere, ideoque Dnum Dr. H . . . . . . f, medicum obstetricem hujus certiorem feci, qui, si post aliquas horas nondum adforent, illas artis ope esse quaerendas, gravi ac severo vultu respondebat, quia alias incarceratio gangraena etc. orierentur. Qualem senserim terrorem, dum mihi dicebat, mei fuisse, illas statim solvendi, vix describere possum, tremens domum petii, sollicitus insequentis lucem exspectans diei, in quo solutio artificialis efficeretur. Circa alterius diei sextam horam jam apud puerperam comparui; illa per totam noctem bene dormierat, vires erant recollectae, et, ecce! ad maximam meam admirationem placentam jam inter crura invenio. — Si in hoc casu placentae solutio statim artis ope suscepta foret, puerpera forsan diu adhuc sequelas deflevisset. Ab hoc tempore illud, quod ratio et experientia clara voce pronuntiant, majoris momenti esse duxi, quam omnes autorum hypotheses vanos.

Placenta retenta non magis incarcerationis, si illa forte evenit, quam convulsionum causa est, quae interdum matrem post partum effectum invadunt, illa enim contractione uteri in aequali, plerumque ex atonia, debilitate et statu spastico

universali nata, et hae magnis virium impensis et doloribus auctae sensibilitati orginem debent. In utroque casu ergo remediis aliis auxilium ferendum est, nec quidem solutione violenta, quae utrosque potius augebit, quam removebit. Internus et externus antispasmodicorum usus incarcerationem brevi tollent, atque secundinarum solutio et expulsio naturae vi facile efficientur.

Caput secundum

Indicationes verae ad placentam solvendam.

Hanc unicam habemus indicationem ad placentae solutionem, si placenta in uteri orificio locum tenet, et igitur via normalis pro foetu praecluditur. In hoc casu minime placenta perforanda est, quia facillime majora ejus vasa laederentur, quod non raro lethalem potest adducere exitum, nec finis, sufficiens nempe spatium pro foetus transitu acquirendi, attingitur.

Puerpera in situm omnino horizontalem ponenda est, et tunc in illo latere, ubi plerumque jamjam partim soluta est, solutio maxima cum cura continuetur, usque ad velamenta. Solutione

rite tunc facta, via satis dilatata, atque velamen tis pertinctis et ruptis, manum immittimus, pede quaerimus, atque partum arte acceleratum perf cimus.

In hoc tantum casu solutione artificiali pro sumus, quia ejus ope viam clausam aperimus, foetui exitum procuramus. Coeterae in scripti uctorum de arte obstetricia, Stein, Jörden ürschner, Steidele, Capuron, Baudeloque, Le etc. indicationes statutae, nostris temporibus, qui bus in omnibus medicinae ramis tanti sunt fac progressus et medici majori fiducia sequuntu praecepta natura et experientia tam clara voc pronuntiata, ampliorem requirunt disquisitio nem.

Caput tertium.

Indicationes ad placentae solutionem falsae.

In multis de arte obstetricia scriptis sequen tes casus ut indicationes verae reperiuntur, qu autem has plerumque non praebent:

1. Vehementiores uteri haemorrhagiae.
2. Magnus parturientis timor placentae retenta causa.

3. Convulsiones puerperae.
4. Remansio diutior, ob putredinem placentae pertimescendam.
5. Incarceratio placentae.
6. Magnus in utero dolor, cujus causa ex placenta retenta derivatur.
7. Inversio uteri.

1) Quod spectat ad haemorrhagiam, quam e secundinis retentis derivare student, hanc plerumque (uti jam supra uberius proposui) statu systematis uterini atonico et praecipue extremitatum vasorum, sanguinem ejicientium, quibus facultas se contrahendi, deficit, nasci censeo. Alii solutionem partim jam factam haemorrhagiae causam accusant, et solutionem totalem optimum putant remedium, quia solutione placentae totali et ejus remotione contractio aequalis efficiatur.

Quantopere hic agendi modus nocere debeat, patet, quia vasorum sanguinantium numerus eo augetur, atque atonia et malum, quod totali solutione suspendere studebant, augeri necesse est; pulsus tali rerum statu magis magisque parvus redditur, extremitates calore privantur, et sub crebris animi deliquiis, viribusque omnino exhaustis,

aegrotantis anima decedit. Ecce! simulata solu-
tionis commoda.

2) Puerperam si magnus occupaverit timo
ob placen.am adhuc restantem; sunt qui soluti-
nem commendant; ad expellendum hunc puer-
perae timorem et metum.

Haec nunquam solutionis indicatio esse po-
test, et semper medicorum ac foeminarum obste-
tricium praejudicium, ex hac causa solutionem
perficere, est. Talibus casibus medicus potiu
studeat, ut mulieribus cultis explicatione praeju-
diciorum vanitatis ea expellat, incultis autem qu-
que persuadeat; solutionem in hoc casu illae ad-
ducturam fore incommoda, atque cogitationes i-
larum ad alia vertat, ut opinio praejudicat
evanescat.

3) Convulsiones non magis indicationes so-
lutionis exhibere possunt, quia magis statu exa
tato gignuntur, qui usu antispasmodicorum opt
me tollitur. Si aliae non inveniantur convulsio-
num causae, hoc minime probat; non alias ad
esse, et hic etiam, „post hoc, erga propter hoc
false concluditur.

4) Secundinas putredine corrumpi, et igitu
solvendas esse; cum Phisiologiae et Pathologia

ɔrincipiis altioribus non congruit; quam diu ıempe placenta utero conjuncta est, in putredi-ıem abire nequit; hoc tantum evenire potest, si ɔlacenta jam soluta ut corpus heterogenum utero nhaeret, atque chemicis subjicitur legibus. (conf. Cap. 1mum). Imò per hebdomadas, per menses quoque remanere potest, si per hoc temporis patium conjunctio uterina non tollitur, uti et experientia sufficienter docuit.*)

Hoc igitur etiam nunquam solutionis artifi-ialis indicatio esse potest, atque mors et putredo ɔlacentae partialis cogitari nequit; si enim natura olutionem partialem tantum efficit, putredine orrumpitur non prius, quam tota soluta sit, et unc statim removenda est (Caput 1mum).

5) Placentam nondum solutam incarcerationis sse causam dicunt, sed rarissime incarcerationis ausa haberi potest, et uti oris solutione non ollitur trismus, sic et solutione placentae artifi-iali status uteri abnormis, quo incarceratio gigni-ur, minime removetur. Studeant potius medici ontractionum inaequalium causas remediis ido-

*) Thom. Bartholinus in act. phil. Hafn. 1633. acc. Exam. obstetric. pag. 54.

neis aufferre, et secundinae ejicientur aine art
ope. *)

6) Dolores, qui soepe post partum puerp
ram invadunt, rarissime solutione mitigantur, im
ut augeantur, necesse est, quia irritatione solu
tione effecta nervorum affectio increscit. Dol
hic ergo medicum rationalem ad solutionem arti
ficialem nunquam adducet.

7) Tandem sunt, qui in inversione uter
ante ejus repositionem, placentae solutionem a
faciliorem efficiendam repositionem commen
dant. **)

Inversio semper tractionibus immoderati
incautis, et violentis funiculi umbilicalis produ
citur, nec unquam in partu normali evenie
Necessitas quia non urget, effecta inversione sta
tim aggrediendi repositionem, praeferendum puto
puerperae donare requiem, ut natura efficiat so
lutionem. Quia autem hic uteri contractiones
quibus tamen revera solutio effici debet, adesse

non

*) Wigand. Von der Nachgeburtszögerung. Hamburg
1803. pag. 91, 93, 103 etc.

**) Stein d. Jüngere. Annalen der Geburtshülfe. 11. Stück
Seite 102.

ion possunt, magis confert, abdomini applicare omentationes aromaticas, quibus uterus ad con- ractiones excitabitur, et placenta removebitur. Placenta remota repositio fit secundum Chirur- iae praecepta.

Si ergo quieti indicationes et contra indica- ones contemplamur, si sequelas perniciosas, uae solutione artificiali oriri possunt, serio con- deramus animo, artificialis neglectionem solutio- s summatim hominum saluti conferre constabit. n secundinarum tractatione nihil aliud agendum , quam virium statum respicere, atque reme- a adhibere, quae vires augentes et irritantes, eri contractiones excitant. Si haec frustra im- ndantur, majus periculum non in placenta re- ta, sed in viribus exhaustis est positum.

Addam partus historiam anno praeterito Be- ni a me observati, quae ad sequelas pernicio- quae ex solutione immatura oriri possunt quibus supra locutus sum, probandas, idonea i esse videtur.

W . . . mulier triginta duos nata annos, sta- e mediocris, temperamenti melancholici, mense

Novembris MDCCCXVI primum subivit pa-
tum, foeminae obstetrici, quae in partu sibi a
sisteret, salutem suam confidebat. Nona Nove
bris die dolores in regione lumbari apparebar
qui usque ad quartam horam 14 mi ejusde
mensis continuabant, qua foetus partus omni
naturae convenienter succedebat, secundinae a
tem remanebant. Foemina obstetrix honori si
ducens, partum totam solam perfecisse, per ho
maximam impendit operam, ad placentam solve
dam ac removendam. Postquam autem labo
indefesse per tres continuaverat horas, nec so
tionem perficere potuerat, quumque vehem
apparebat metrorrhagia, magnus eam invasit t
mor, medicumque advocabat. Hic ceterum va
aestimandus vir tamen secundum meam opi
nem gravi versabatur in errore, solutionem p
tialem, eaque exortas contractiones inaequa
haemorrhagiae vehementis putans causas. Ut
ficeret contractiones aequales solutionem total
moliri decrevit; sed eventus mox indicationis
nitatem indicabat.

Funiculum umbilicalem ergo dextro circ
volvit, viresque impendit, ad placentam solv
dam sed vehementi vi funiculus umbilic

opė ad insertionis locum rumpit; hoc heroico
endi modo mulier magnos patiebatur dolores,
emorrhagia etiam increvit. Ut indicationi sa-
faceret, medicus manum immittit, solutionem
rficiendi causa; sed junctio fuit adhuc sic in-
na, ut et illa non succederet; quod decerpi
sset, removebatur, et hoc modo nonnullis sol-
batur placenta locis. Quia medico adhuc plu-
ı perficienda erant negotia, abivit, existimans,
rtum esse perfectum, atque me rogavit, ut noc-
m ad parturientis lectum conferrem, illam ob-
rvarem, dataque occasione auxilium afferrem,
ıbenter hoc subivi negotium, |exitum obser-
ndi cupidus.

Facies magna erat induta pallore, oculi tur-
ılenti, pupilla valde dilatata, corporis tempera-
ra perminuta, pulsus vix sentiebatur, atque san-
iine fere fuit immersa et natans. Cito fomen-
tiones ex aceto vini abdomini applicabam, quia
ia citius non aderant pharmaca. Tunc statim
dinavi naphtham, illaque abdomen perfudi, nec
on injectiones ex aceto vini et aqua in uterum
lministravi. Tincturam cinnamomi cum Elix.
ido. Halleri magnis dedi dosibus: ad tollenda
ebriora adhuc animi deliquia, ut spiritum salis

ammoniaci causticum in narem intraheret, cura
Tali modo brevi haemorrhagia sistebatur, de
quiaque cessabant. Nnnc lectum purum et ca
factum procuravi, quia lectus, in quo partus ex
factus, totus madefactus. Tunc per horam po
rexi vitrum vini Burgundici generosi, atque d
coctum ex radice Salep cum Saccharo.

Sic totius corporis calor vivacior, pulsus p
nior ac major reddebatur, atque somnus puerp
rae beneficus sequebatur, qui per breve quide
durabat tempus, quia in somno soepe exterreb
tur, quod autem ex circulatione adhuc irregula
ortum esse, verisimile videtur. Diei insequen
septima hora vires quodammodo erant recollecta
novique apparebant dolores, quibus placenta adhu
retenta sine solutione artificiali sponte prodibat.

Nonne in hoc casu placenta sponte et sin
artis ope ejecta fuisset, si solutio violenta no
suscepta esset, qua parturiens evidenter vitae di
crimini exponebatur? et sine dubio vitam perd
disset, nisi remedia jam dicta adhibita fuissent.